



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Francisci Svarez, Granatensis, E Societate Iesv  
Doctoris Theologi, Et In Conimbricensi Academia  
Sacrarum Literarum Primarij Professoris. Tractatvs De  
Legibvs, Ac Deo Legislatore**

**Suárez, Francisco**

**Mogvntiae, 1619**

Cap. VIII. Vtrùm de ratione legis sit vt publica potestate feratur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94074](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94074)

Cap. VII. Vtrum sit de ratione legis ob commune bonum fieri.

lunt; tum denique quia forte necesse non fuit, privilegium excludere, de quo dicam infra suo loco. Nunc solum assero, ex parte boni communis non repugnare, quin sit lex, quia licet proxima eius materia sit speciale bonum alicuius familiae, vel domus, vel aliquarum personarum (propter quod fortasse privata lex appellatur) est ab Isidoro in d. cap. privilegium, nihilominus formaliter etiam debet respicere bonum commune, argumentum cap. requiritur, & §. nisi rigor, & cap. dispensatio. 1. q. 7. & quae tradit D. Thom. 1. 2. q. 97. art. 4. ad 1. Nam illud bonum per privilegium concessum, ita debet esse aliquorum proprium, ut in bonum commune redundet, modo superius declarato. Ac praeterea ipsa concessio privilegij tam rationabilis esse debet, ut ad bonum commune spectet, ex similibus causis similia privilegia concedi. Ex hoc ergo capite non excluduntur privilegia a propria ratione legis; an vero excludantur ex eo, quod respiciunt privatam personam, vel possint esse proprie leges, maxime si perpetuae sint, dicemus in lib. 10.

Cap. privilegium  
Cap. requiritur  
Cap. dispensatio  
D. Thom.

13. Minor difficultas est in legibus tributorum: nam illa communitati imponuntur, ut per se constat, & immediate respiciunt bonum commune, quia, ut dixi, licet videantur cedere in commodum Principis, tamen ut verae leges sint, commune bonum respicere debent, quia non dantur Regi, nisi quatenus persona communis, & publica est; & ut in commune bonum illis utatur. Vnde in Concil. Tolet. 8. cap. 10. de Regibus dicitur; Non prospectantes proprii iura commodi, sed consulentes patriam, atq. genus.

14. Ad alteram partem objectionum generatim dicitur, hanc esse conditionem rerum humanarum, ut non ferunt uniformitatem in omnibus, & ideo plerumque accidit, ut quod communitati expedit, vni vel alteri nocumentum afferat. Quia vero commune bonum praefertur privato, quando simul esse non possunt, ideo leges simpliciter feruntur pro bono communi, & ad particularia non attendunt, ut habetur in multis legibus. ff. de legib. & de iustit. & iur. & sumitur ex cap. licet, de regular. & ex cap. scias. 7. q. 1. Contingit autem aliquando sub eodem Rege esse plura regna, vel plures communitates quasi per accidens, quia re vera inter se non componunt unum corpus politicum, sed ex accidenti diversis titulis in illius potestatem deveniunt, & tunc inultum esse eisdem legibus diversam regna obligare, si vni essent vitales, & non alteri. Quia non comparantur tunc, ut bonum commune, & particulare, sed ut duo bona communia, quibus per se, ac sigillatim propriis legibus prospiciendum est; ac si sub diversis Regibus permanerent, sicut facit etiam Pontifex cum praecipit diversis religionibus, quatenus distinctae communitates sunt, & vnaquaeque propriis legibus indiget. Quando vero communitates sunt partes eiusdem regni, seu politici corporis, tunc vniuscuiusque partis bonum censetur privatum respectu totius communitatis, ad qua leges per se primo feruntur. Obseruanda vero duo sunt: vnum, ne tot sint particularia nocumenta, ut praeponderent aliorum commodis: aliud, ut si opus fuerit, adiungatur dispensatio, vel exceptio: nam in huiusmodi eventibus maxime licet, & aliquando etiam deberi potest.

D. Thom.

15. Ex quo facile constat, quid dicendum sit de nocumeto privatae personae; illud enim minus consideratur, & ideo aliquando permittitur, ut in praescriptione, quae respicit bonum commune, scilicet pacem, evitandolites, &c. Aliquando etiam intenditur, ut in legibus punitivis, quae etiam sunt ad commune bonum necessariae. Et ita explicatae manent aliae duae conditiones legis positae ab Isid. in eod. cap. scilicet ut sit necessaria, & utilis: quas ita exponit D. Thomas q. 97. art. 3. ut nec sitas referatur ad remotionem mali, ut quando lex fertur propter vitandum aliquod malum reipublicae, utilitas ad promotionem boni: quod recte dictum est, ne altera ex illis particulis re-

dundare videatur. In vtraque autem maius bonum commune attendi debet: ita enim maius remouendum est vnum malum, ne inde aliud maius reipublicae sequatur: alia talis lex non esset necessaria, sed perniciofa. Et ita est etiam procuranda aliqua utilitas, ne inde maior impediatur, aut maiora mala communia consequantur. Omnia ergo illa verba eandem proprietatem in lege explicant, licet sub diversis respectibus ad maiorem declarationem, quod factis est, ut non sint superflua.

Quaeri vero hic solet, an lex lata sub forma generalis, ea intentione, aut dolo, ut cedat in praedictum singulari personae, iniusta sit, vel inuvalida. Nam Iuristae dicere solent, adeo esse iniquam talem legem, ut ab illa liceat appellare, vel exceptionem doli contra illam ponere, ut videre licet in Bart. in l. omnes populi, ff. de iust. & iur. q. 5. n. 53. Panormit. in rubric. de constit. n. 2. Felin. in cap. cum omnes, de constit. n. 5. Iafon, & Greg. Lop. vbi supra. Non sentiunt tamen hi auctores, talem legem semper esse inuvalidam aut iniustam, nam sine dubio potest interdum fieri ex rationabili causa, permittendo potius damnum privatum propter commune bonum, quam illud intendendo, vel etiam illud intendendo in poenam iustam, vel si contingat intendi iniquae, a ferente legem ex odio privato, non nocebit ipsi legi, nec iustitia eius, ut supra dictum est: si alia ipsa sit necessaria ad commune bonum. Et ita docuit Felin. supra concl. 1. & in 3. addit, idem esse, si lex fiat in fauorem privatae personae, vel familiae, quando illa redundat in commune bonum, quod est satis clarum ex dictis. Loquuntur ergo dicti auctores, quando damnum tertij sine iusta causa sub specie communis legis procuratur: tunc enim clara est iniustitia: & consequenter est etiam licita, & debita conueniens defensio, de qua ipsi tractant, quia ad ipsos proprie pertinet.

16.  
An lex generalis lata ea intentione ut noceat particulari sit iniusta, & inuvalida.  
Bart.  
Panormit.  
Felin.  
Iafon.  
Greg. Lop.

CAPVT VIII.

Vtrum sit de ratione legis, ut publica potestate feratur.

Explicuimus finalem causam legis: sequitur ut de efficiente dicamus: nam ex illa sumitur alia conditio legis, sine cuius cognitione legis natura integre tradi, aut definiti non potest. Propter quod etiam D. Thom. d. q. 90. art. 3. proponit similem questionem, D. Thom. interrogando, an ratio cuiuslibet sit factiua legis? Videtur enim vniuersusque ratio habere vim legis saltem quoad dictamina legis naturalis: ergo saltem in lege naturali non est necessaria haec conditio, ut scilicet a publica potestate feratur. Antecedens patet, tum ex illo Pauli ad Roman. 2. Cum gentes, quae legem non habent, naturaliter ea quae legis sunt faciunt, eiu(modi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex. Roman. 2) Tum etiam, quia seclusa omni superiori potestate, lex honorandi parentes, vel non mentendi, & similes, semper obligant: non est ergo illa conditio de ratione legis, ut talis est: nam quod non est de ratione vnius speciei, non est de ratione generis. Et confirmatur, quia omnes etiam aliae leges humanae nihil aliud sunt, quam prudentum virorum consulta, ut dicitur in l. 1. ff. de legib. consulta autem prudentum non requirunt specialem potestatem publicam, sed prudentiam, & rectam rationem. Vnde Cicer. lib. 1. de legib. Lex (inquit) est natura vis mens, & ratio prudentis, & Isidor. 25. Etymol. c. 10. Isidor. Si ratione (inquit) lex consistat, lex erit omne iam quod ratione consistit. Lex ergo ex ratione pendet non ex alia potestate.

D. Thom.

Roman. 2)

Cicero.

Isidor.

D. Thom.

Dicendum nihilominus est, legem esse praecipuum ab eo impositum, qui vim habeat cogendi, ac subinde de ratione legis esse, ut ab habente publicam potestatem feratur. Hoc intendit D. Thom. in d. art. 3. & est quasi principium primum in materia morali. Non potest

Handwritten notes in the right margin, including 'LEZ', 'OTIO', 'UTI', 'IV I', 'V 3'.

De ratione legis esse, ut a publica potestate servetur.

potestatem autem uniformiter in omnibus legibus declarari, ideoque per partitionem diuinarum humanarumque legum distinctis ostenditur. De legibus enim diuinis per se notum est, sicut de ratione earum est, ut à Deo; tanquam à proximo legislatore procedant, ita necessario procedere ab habente non solum publicam potestatem, sed etiam supremam, & ut ita dicam, per essentialiam, quia Deo naturaliter competit supremum dominium rerum omnium, & cum omni iure, tam dominandi, quam gubernandi, & regendi, & homo etiam naturaliter est Deo subiectus. In hac ergo subiectione ex parte hominis, & potestatis suprema ex parte Dei, fundamentum habent leges diuinae iuxta illud Isai. 33. Dominus iudex noster, Dominus legifer noster, Dominus rex noster, utique summus, & independens ab omni alio, qui auctoritate propria, & non ab alio accepta leges ferre potest, & cogere ad earum observationem, & punire transgressores. Quomodo dixit Iacob cap. 4. Vnus est legislator, & iudex, qui potest perdere, & liberare. leges ergo diuinae necessario dicunt respectum ad publicam, & supremam potestatem. Quocirca lex naturalis, aut propria lex non est; aut si vera lex est, à publica etiam procedit gubernandi potestate, quia si lex diuina est, ergo est ab eius potestate, quae naturam gubernat, eique dominatur. Quomodo autem lex naturae Deum habeat auctorem, libro sequenti declarabitur.

Isai 33.

Iacob 4.

3. Praeceptum requiritur in imponenda aliqua potestate. Differentia inter actus petendi, promittendi, & imperandi. D. Thom.

Ut autem in legibus humanis hanc veritatem declaremus, & ostendamus, supponimus primò, praecipuum, ut tale est, necessario postulare aliquam superiorem potestatem in praecipiente respectu eius, cui praecipit. Nota enim est differentia inter hos tres actus, petere, seu orare, promittere, seu vouere, imperare, seu praecipuum imponere: quod primum est indigentis, & ideo, ut sic, est inferioris ad superiorem: vltimus est superioris ad inferiorem: secundus verò potest esse ad omnes, ut indicauit D. Thomas 2. 2. q. 88. artic. 1. & tract. 4. & 6. de relig. in princ. explicuimus. Ratio verò est, quia per actum orationis, nec se obligat homo, nec obligat alium, sed solum vult aliquid ab alio obtinere, in quo inferiorem se illi exhibet. Per promissionem autem obligat homo seipsum, quam potestatem vnusquisque in se habet, & potest illam exercere respectu aequalis, vel inferioris, aut superioris, quia nunquam exercet ius in alium, sed in se, nec cogit alium ad acceptandum si nolit. Per praecipuum autem obligat praecipiens alium, cui praecipit, & ideo necesse est, ut in illu habeat ius, & superiorem potestatem. Non enim potest esse actio sine principio proportionato, à quo manet, hoc autem principium in praesenti est potestas illa, per quam vnus alteri superior constituitur. Item non omnis homo potest alteri praecipere, nec aequalis (ut sic dicam) potest aequali obligare, ut est per se notum, quia non est vlla ratio, cur vnus magis teneatur parere alteri, quam è conuerso, essetque bellum iustum ex vtraque parte: est ergo necessario specialis potestas superior ad praecipuum valide, & efficaciter. Vnde cum lex sit essentialiter praecipuum: etiam hoc erit de legis essentialia, ac necessitate, etiam in humanis legibus.

4. Diuisio potestatis in praecipuum in dominatiuam, & iurisdictionem.

Molin. Couarr. Seneca.

Secundò verò addendum est, quòd sicut praecipuum & lex non conuertuntur, quia non omne praecipuum est lex, licet omnis lex sit praecipuum, ita potestas praecipua, & legislatiua non conuertuntur. Potestas ergo praecipua quasi generica est, quae in duas species distinguenda est, quas potestatem economicam, & politicam, vel potestatem dominatiuam, & iurisdictionis appellare possumus, sicut eas nominauimus, & distinximus in ordine ad votorum irritationem, & dispensationem lib. 6. de voto, cap. 1. Et solent etiam distinguui ab auctoribus distinguentibus dominium in dominium iurisdictionis, & proprietatis, ut late declarat Molin. tract. 2. de iustit. disp. 3. cum Couarr. in regula. Peccatum, 2. p. 9. n. 8. & attigit Seneca lib. 7. de benefic. cap. 4. dicens, Ad reges

potestas omnium pertinet, ad singulos proprietas. Possunt autem distinguui haec potestates circa personas, & aliquo modo circa res alias, circa quas proprius inuenitur potestas dominij, quam iurisdictionis, tamen suo modo etiam haec circa illas versatur, vel secundario, & per consecutionem, vel per modum administrationis: hoc verò nunc ad praesens non spectat: nam ad leges, vel praecipua per se requiritur potestas in personam, ut ex ratione praecipui declaratum est.

Inter illas autem potestates, ut in personis versantur, cum multae aliae differentiae assignari possint, tres sunt, quae ad praesentem causam faciunt. Vna est, quòd potestas dominatiua regulariter est circa priuatas personas, seu inter partes in perfecta communitatis, & interdum est ex iure naturae per naturalem originem tantum, & ex vi illius, ut est patris potestas in filium: interdum est etiam natura, supposito tamen pacto humano, ut est potestas viri in uxorem in ordine ad gubernationem domus, & personae: aliquando est ex iure gentium, vel ciuili, ut potestas domini in seruum bello captum, interdum est humano contractu, & ut dominium in seruum, qui se vendidit, & huc spectat potestas, quae per votum obedientiae confertur ei cui obedientia promittitur. At verò potestas iurisdictionis per se primo respicit communitatem perfectam: nam per est ad politicam gubernationem, quae in tali communitate est necessaria: nam ad imperfectam sufficit prior potestas. Atque hinc sequitur secunda differentia, quia in potestate iurisdictionis multò maioris ad coercendum, & cogendum inuenitur, quàm in potestate dominatiua, tum quia maior est potestas communis, quam priuata, tum etiam quia ad communitatem perfectam tuendam, & omnes partes eius in officio continendas, maior coercitio necessaria est, quam in priuata domo, vel inter priuatas personas. Et ita non licet domino seuire in seruum, ut dicunt iura ciuilia, expeditque reipublicae, ut seuior correctio non nisi auctoritate publica fiat. Vnde est etiam notanda tertia differentia, quia dominatiua potestas ordinariè magis est in commodum habentis illam, quam eius, in quem habetur, licet aliquando possit contrarium inueniri, maxime quòd cofertur ex pacto voluntario in eum sine ordinato, ut in obedientia ex voto debita frequentius seruat. Posterior autem potestas per se, & ex prima institutione sua est propter bonu communitatis, in quam datur, ut capite praecedenti declaratum est.

Ex his ergo concluditur veluti quarta differentia, quae ad praesens refert. Dicendum est enim, ad ferendas leges necessariam esse potestatem iurisdictionis, nec solum dominatiuam per se sufficere. Ita docent Canonistae communiter in c. cum accessissent, & c. cum in Ecclesia sanctae Mariae (per textum ipsum) de constit. & in c. Ecclesiarum, & c. solite, de maior. & obedi. c. duo sum. & c. bene quidem. 96. d. Bart. in l. omnes populi, ff. de iustitia & iure. in l. q. princ. idem in l. imperium, ff. de iur. omn. iudic. vbi n. 8. ait legum lationem pertinere ad iurisdictionem meri imperij, vel existentis in gradu proximo. Quod ibi sequuntur communiter Doctores, Anton. in c. vlt. de his, quae sunt à praelatis, & Anton. Bald. in l. 1. ff. de iust. & iur. consentiunt etiam Theol. Bald. cum D. Th. d. q. 90. a. 3. q. 69. a. 5. 2. 2. q. 67. a. 15. Soto l. 1. de iust. q. 1. a. 3. Sylu. Ang. & alij Summistae, verb. lex sumitur etiam haec assertio ex Arist. l. 10. Ethic. c. vlt. Arist. dicente, Patris praecipuum vires non habet, neque necessitate, neque vllius omnino vnus viri, nisi sit Rex, vel aliquis talis: Lex autem vim habet cogentem. Plat. in Dialog. Ciuilib. Plat. seu de regno, versus finem. Legum latione (dicit) ad dignitatem regiam pertinere, quod late prosequitur Plutar. in Comment. in Principe requiri doctrinam, ait, legem esse principis opus. Vnde Philo lib. 2. de vita Moysis in princip. Regu (inquit) officium est iurare quae oportet fieri, & vitare à quibus abstinere decet, ceterum in iusto sciendorum, & interdicio euentorum proprie ad legem pertinet.

SWA  
13

perinet. Eodem modo loquuntur Patres, Basil. hom. cap. 2. in imit. Prouerb. Si regnum (inquit) est legitimam potestas, manifestum est, quod ex rege, alioque hoc nomine digno, exeuntes vnae praeceptiones multum apud omnes momenti habeant ad considerandam, & consequendam in communi bono vtilitatem. Et Clemens Alex. lib. 1. Stromat. c. 14. versus finem, legum ferendarum sapientiam, imperatoriam vocat, & maxime regiam. & infra, Quemadmodum pastorem omnium curam gerere dicimus, ita etiam legum ferendarum dicemus, virtutem hominum comparare, humanum bonum pro viribus excitantem, ut quae gregis hominum curam gerat, & providentiam.

Rationibus etiam potestatis facili hac veritas declarari. Primò, quia legislatio est potissimus actus, quo res publica gubernatur, ideoque propter eius commune commodum ferri debet, ut vidimus: ergo per se spectat ad potestatem gubernatiuam reipublicae, ad quam pertinet eius commune bonum procurare: haec autem est potestas iurisdictionis, ut declaratum est. Item potestas dominatiua per se est priuata, quae potest esse in vna persona respectu alterius; potestas autem iurisdictionis per se est potestas publica, & ad communitatem ordinata; ergo haec sola est principium proportionatum ad ferendas leges, quae per se etiam ad communitatem referuntur, ut dictum est. Tandem potestas dominatiua ad summum potestatis accipere ex virtute obedientiae, vel iustitiae, aut pietatis; quasi exigendo vsum rei suae, aut sibi promissa: lex autem praecipit constituendo actum in propria specie virtutis iuxta exigentiam materiae, in qua lex versatur, & in illa necessitatem imponendo: haec autem efficacia est propria potestatis iurisdictionis, quia est actus publicae potestatis, ergo haec potestas est per se requisita ad leges ferendas.

Rectè autem (ut supra tetigi) aduertit Bart. in loco allegato, non omnem potestatem iurisdictionis esse sufficientem ad leges ferendas: habent enim ordinarij iudices iurisdictionem, & tamen leges ferre non possunt; requiritur ergo principalis quaedam, & primaria potestas in illo ordine. Quia sicut condere legem vnus est ex praecipuis actibus gubernationis reipublicae; ita praecipuum, & superiorem requirit potestatem. Haec autem potestas primario, & per essentiam in Deo est; communicatur autem regibus per quandam participationem, iuxta illud Sap. 6. *Audite reges, &c. quoniam data est à Domino potestas vobis. Non enim est potestas nisi à Deo, ut dicitur ad Rom. 13.* Et ideo vnusquisque pro mensura potestatis sibi commissae potest leges facere, & non amplius. Nam ut rectè dixit Chrysolost. in Psalm. 44. circa finem, Regum leges ratae sunt, & validae intra eorum fines. Romanorum Imperator Persis non potest ferre leges, nec Persarum Rex potest ferre leges Romanis. Et sic de ceteris. Quomodo autem haec potestas sit in omnibus, & ad eos dimanet, & quotuplex sit, & an semper sit necessaria ad condenda humana statuta; infra dicendum est, tractando de lege humana: vbi etiam explicabimus, in quo gradu oporteat hanc iurisdictionem habere, ut ad legem ferendam sufficiat.

Nunc solum aduerto in omni communitate esse aliquam potestatem supremam in suo ordine, ut est in Ecclesia Pontifex, in regno temporali Rex; in reipublica, quae aristocraticè gubernatur (id est, per se ipsam) tota reipublica. Non enim potest esse corpus, nisi sit monstruosum, & mutilum sine capite. Et de hoc capite ait D. Thomas d. artic. 3. esse, vel ipsam multitudinem, id est reipublicam, vel gerentem vicem eius; potest autem vicem eius gerere, vel quia ab ipsa est constitutus, vel quia immediate à Deo, ut infra dicitur. Ideoque ut ab vtroque abstraheret, rectè concludit, legem debere esse à persona publica, quae totius multitudinem curam habet. Constat igitur, potestatem ferendi leges humanas saltè esse in supremo capite, quodcumque illud sit, quia nec potest procedi in infinitum, nec in alio esse potest maior potestas in illo ordine.

In inferioribus autem, & subordinatis principibus tanta erit, quanta illis fuerit communicata à capite: quod est ratio ne muneris vnus cuiusvis ex consuetudine, aut ex legibus, vel priuilegijs intelligendum erit, ut infra latius dicitur.

Ad rationem ergo dubitandi in principio positam rectè respondet D. Thom. supra ad primum, legem naturalem posse considerari, vel prout est in subditis vel prout est in aliquo superiore, à quo lata est. Priori modo est à natura infinita ipsius hominibus, qui per eam gubernantur, eique obedire debent, & haec ratione quatenus illam in suis moribus scriptam habent, dicitur vnusquisque sibi ipsi esse lex, sicut codex legum interdum solet vocari lex, ut de libris veteris Testamenti ex Hieronymo supra diximus, liber autem mortuus non potest dici esse sibi ipsi lex, quia: potest se per legem in ipso scriptam gubernare: cor autem hominis est liber viuus, in quo est lex naturae scripta, & ideo quatenus illa regitur, dicitur sibi ipsi esse lex. Quomodo autem illa lex naturae sit ab aliquo superiore potestatem habente, dicemus in libro sequenti. Ad confirmationem responderetur, solam honestatem, vel iustitiam actionis, quae per legem humanam praescribitur, non esse satis ad propriam obligationem legis, & ideo licet in condendis illis legibus sit necessaria prudentia, & ideo interuenire debeant, & soleant consilia sapientum: tamen illa non sufficiunt sine voluntate habentis potestatem, à qua potestate, & voluntate lex accipit vim, & esse legis, ut supra dictum est. Quando ergo dicuntur leges esse consulta sapientum, vel esse id quod ratione constituerit, aut quid simile, denominatio sumitur à proprietate quadam maxime necessaria, & fortasse posita est ad illius necessitatem indicandam: non verò quia illa sufficiat.

CAPVT IX.

Verum sit de ratione legis, ut sit iusta, & iuste lata, ubi de alijs conditionibus legis ab Isidoro positus.

Expositis conditionibus in lege requisitis ex parte personarum, seu causarum, quae possunt extrinsecè iudicari: explicandae veniunt conditiones veluti intrinsecè, & actui, in quem legis praecipuum cadere potest, & ipsi actioni ferendi legem, quas ad iustitiam reuocamus, & sub illa comprehendimus omnes conditiones positas ab Isidoro lib. 5. Etymologiae c. 2. vbi sic inquit, *Lex erit omne, quod ratione confuerit, duntaxat quod religioni congruat, quod discipline conueniat, quod saluti proficiat.* Videtur autem loqui magis de consuetudine humana, quam de lege in genere, quamuis verba possint ad omnia accommodari. In eodem verò lib. c. 21. & l. 2. c. 10. alias conditiones, vel easdem distinctius enumerat dicens: *Erit autem lex honesta iusta, possibilis, secundum naturam, secundum consuetudinem patrie, temporis, locorum, conueniens.* Quas etiam conditiones de lege humana interpretatur D. Thom. d. Thom. 1. 2. q. 95. artic. 3. Quia verò vel omnes, vel praecipuae illarum in omni lege locum habent, & ad concludendam legis definitionem, necessarium est, notitia illarum habere: ideo earum explicatio conuenienter in hunc locum cadit. Omnes autem reuocamus ad duas conditiones in titulo inuincatas, scilicet, ut lex sit iusta, & iuste feratur, quas ex professo explicabimus, ut cum illis alias corollariè declarabimus.

Dico ergo primò. De ratione, & essentia legis est, ut praecipiat iusta. Assertio est non solum certa secundum fidem, sed etiam clara secundum naturalem rationem. Et ita eam tradunt non solum Theologi, & Patres inferius allegandi, sed etiam passim Philosophi in praecedenti capite citati. Declaratur autem in hunc modum quia duobus modis intelligi potest, legem debere esse iustam, vno modo respectu ipsius a-

10. D. Thom. Et satis ratio dubitandi dicitur D. Th.

Isidoro

D. Thom.

2. i. Assertio. De ratione legis est, ut praecipiat iusta. Duplicitè consideratur eius lex ut iusta.

REZ  
OTIO  
TI  
IV  
W